CHRONICON. MARSILIUS DE PADUA. IOHANNES VICTORIENSIS

Anfang 15. Jh. Seite 119r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

novum ab ipsa audiret eam conti-
nue liberaret et dixit Numquam
coneris comprehendere que comprehen-
di non possunt Ne doleas de
re perdita quam non potes recu-
perare Verbum incredibile numquam
credas hec custodi et bene tibi
erit et dimisit eam Philo-
mena vero probare volens si aliquid
lucratus esset utilitatis dixit Ve tibi
homo magnum hodie thesaurum
perdidisti Est in visceribus meis
margarita strucionis ovum mag-
nitudine sua vincens quo contris-
tatus est quod dimisit eam et co-
nabatur eam comprehendere et dixit
Veni in domum meam et recipiam
te honorifice et postea in pa-
ce te dimittam At illa dixit Nunc
fatuum te cognovi dixi tibi ne do-
leres de re perdita quam reha-
bere non posses et ne temptare-
s incomprehensibilia capere et me
iam temptas capere et credis in
me esse margaritam ovum struc-
cionis magnitudine sua exceden-
tem cum non sim tam magni cor-
pore meo toto Hoc proverbium compe-
tit pro hiis qui captivos habent
et qualiter circa eos debeant se
habere Circa questionem considerandum quod captivi quandoque dimit-
tuntur pecunia vel alia rerum ex-
empcione et quandoque liberaliter
animi gratia restitucione Primum
ostendit Valerius libro iiii capitulo
de liberalitate quod Fabius consul
Romanus interposita pactione
nummorum captivos quos Han-
nibal prelio cepit redemit
qui cum a senatu non prestaretur
misso in urbem filio fundum
unicum quem habuit vendidit
eiusque precium Hannibali nu-
meravit se enim patriam inopem
esse maluit quam periuram fidei
Scribit beatus Iohannes de beato Paf- Nota de beato Pafnucio
nucius fuit vite angelice et
quodam tempore oravit ut osten-
deret deus cui sanctorum similis ha-
beretur angelus astitit ei
dicens quod similis esset Simpho-
niaco qui in quodam predio
vico morabatur et cantandi
et fistulandi arte victum quere-
ret ad quem accedens studio-
sissime percunctatur que sancta et re-
ligiosi operis gessisset omnesque
actus eius curiosius discu-
tit ille respondit se peccatorem
et latronem fuisse requisivit utrum
in latrocinio aliquid boni fecisset
respondit de nullo bono se
esse conscium sed aliquando a latroni-
bus virginem captam deo consecratam
hanc dum rapere concupiscerent corrumpere
voluerunt obieci me inquit in
medium et eam eripui de con-
taminacione latronum et eduxi
intactam Alio tempore inveni
in heremo mulierem honeste for-
me errantem a qua dum quererem
unde vel cur ad illum locum
venisset respondit quod mari-
tus eius pro debito fiscali